

XLIII

1362, 18 novembre.

V, 193.

(*Protocollo c. s.*): Die XVIII nouembris. Reuerendus in Christo pater et dominus dominus Hugolinus, dei et apostolice sedis gratia archiepiscopus Spalatensis, loco sui, omni uia, modo, iure et forma quibus melius de iure potuit, fecit, constituit, creauit atque ordinauit Andream quondam Ricardi de Pergolla eius familiarem, ibidem presentem et huiusmodi mandatum sponte suscipientem, suum uerum et legiptimum procuratorem, actorem, factorem et certum numpcium specialem et quicquid melius de iure dici uel censeri potest, specialiter ad reccipiendum a Thomasso Michetich et eius fratre de Sibenicho omnem quantitatatem peccunie, quam dicti Thomassus et eius frater dicto domino archiepiscopo tenerentur ocaxione afflictus possessionum quas habent ipsi ad afflictum ab ipso domino archiepiscopo et (de eo quod) recceperit finem, quietationem, remissionem et pactum de ulterius non petendo faciendum, cum rogatione notarii, pene adiectione, bonorum ipsius domini archiepiscopi et eius ecclesie catredalis obligatione, et cum omnibus capitulois necessariis et opportunis ex nunc pro nominatis, habitis et expressis, ad plenam securitatem ipsorum Thomassii et eius fratris soluencium. Et ad afflictandum, locandum et dandum quascunque possessiones archiepiscopatus Spalatensis ad pastinandum sitas in districtu Sibenici et iuxta districtum suum cuicunque eidem procuratori placuerit cum instrumento locationis, et generaliter ad alia omnia et singula faciendum, gerendum, exercendum et operandum que in predictis omnibus et singulis et eorum quolibet dependentibus ab eisdem fuerint necessaria et opportuna et que quilibet ueri et legiptimi procuratores facere et exercere possent ac si ipse dominus archiepiscopus met personaliter addesset, promictens ipse constituens omne quicquid et totum factum fuerit in premissis et eorum quolibet per dictum eius procuratorem perpetuo habere ractum et firmum, sub ypotecha et obligatione omnium suorum bonorum et eius ecclesie predicte presentium et fucturorum. Actum Spaleti in sala superiori pallatii archiepiscopalnis, presentibus ser Francisco Damiani et Nichola Thomassi de Spaletto, testibus ad hec uocatis et rogatis, et ser Madio Miche de dicto loco consiliario et examinatore.

XLIV

1362, 20 novembre.

V, 195.

(*Protocollo c. s.*): Die predicto (20 novembre). Ser Francischus Damiani et ser Çancius Leonis, syndici et syndicario nomine communis